



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Ceratum de Betonica. .14.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

## CERATORVM EXAMEN

eiuscemodi ceratū, ad vulnerum labiorum duritiem conuenire, et ad morbi gallici durities, & ad eiusdem generis omnia quæ emollitione indigent.

SE N E X. . X I I I I.

Ceratum de betonica considerandum occurrit. B. R. A. S.  
De hoc superius locuti sumus in unguento de Betonica, tamen ne quidquam prætermittatur, quod non sit probe discussum, tu refer quodnam ceratum de betonica paras. S. E. Hoc paro, & etiam seruo, & cum indicatur, præbeo.

Recipe betonicæ uiridis,		
Pimpinellæ,		
Agrimonij,		
Saluiæ,		
Pulegij,		
Millefolij,		
Consolidæ maioris,		
Centaureæ minoris,		
Matris syluæ,		
Thuris,		
Mastiches,		
Iridis,		
Aristolochiæ rotundæ,		
		Singulorum. unc. .vi.
		Singulo. drach. iij.
		Singulorum drach. .vi.

F iij

ANT. MVSÆ BRASA.

Ceræ albæ. unc. viij.  
Gummi helemi. unc. ij.  
Resinæ pini. unc. vi.  
Terebenthinæ. unc. viij.

Olei abietis,  
Vini albi,

} Sing. quantum sufficit.

Quæ sunt incidenda incidantur, & quæ in puluerem redigenda redigantur, & herbæ uehementer in mortario pistentur, & per dies octo in uino permaneant, singuloq; die uehementer agitentur, & bulliant: quo facto, Recipe Terebenthinam, oleum abietis & resinam pini colatam, & ceram, & ponantur in prædictum uinum, & igni suspendantur, ac bulliant ad consumptionem tertie partis, paulatimq; bulliant, deinde in sacculum ponantur, & torculari uehementer exprimantur, & in frigidari sinantur, nam uidebis suprædictum unguentum ex prædictis uino agglutinationem facere, & ideo manibus uehementer commoueatur, donec tota humiditas exeat, deinde caprinum lac simul addatur, & globi formentur, & iterum manibus probe agitentur: ne que illis aures adhibendæ sunt, qui toties agitandos esse negant. BRASA. Tuum hoc cephalicum haud reprehendo: sed neque ita recipio quin alia meliora sequi uoluerim. nonnulli Ferrariæ sunt qui unguentum de betonica accipiunt, & addita resina ac cera in ceratum redigunt.